

**8186** dis manibu[s] | Felicis, v. m. VIII, | Volussiae Cheone Corneliae<sup>1</sup> | posuit filio suo carissimo. | Si quis huhic ammuerit<sup>2</sup>, iendem<sup>3</sup> | dolorem experiscatur quem ego | experta sum.

*Romae ad viam Appiam rep. ibi ubi N. 7403 seq. (VI 7508 vidit Henzen).* — 1) *Intellegendum: Cheone Volusiae Corneliae. Eadem Volusia Cornelia VI 7296. Filia, ut videtur, L. Volusii Saturnini consulis a. p. Chr. 3 et Corneliae (Plin. h. n. 7, 62).* — 2) *Scri. hunc amoverit.* — 3) *Eundem.*

**8187** d. m. | Fulvius Epagathus | annor. XXV, Claudia | Monime filio piissimo | memoriam scripsit. | Quicumque eum titulum vellet removere, | eum dolorem habeat<sup>4</sup>.

*Romae (VI 7556 vidit de Rossi).* — 1) *Intellege: quem ego habui. Titulo Graeco L. Aelii Melitini adscriptum: μὴ ἐνοχλήσης τῷ τάφῳ, μὴ τοιαῦτα πάθης περὶ τέκνων; ne sis molestus, ne patiarus hoc, et ollas inclusas cave (VI 40736 — Inscr. Gr. Sicil. Ital. 4337).*

**8187<sup>a</sup>** tu ne vellis (*sic*) aliena membra | inquitare (*sic*) iacentis, doles (*sic*) | comparabit sibi. Quod si no|cueris, noceberis ab alio.

*Romae (VI 29947 vidit Henzen; cf. Huebner ex. script. 524).*

**8188** quiqumque hinc clavos exemerit (*sic*), | in oculos sibi figat.

*Romae in vinea Aquariorum extra portam Latinam, ‘tabella picta graphioque scripta’ (VI 7191 vidit Dressel).*

**8189** hic cineres sunt | C. Iuli Hermaisci. | Quisquis hoc | sustulerit, faciat exitu | malum.

*Romae (VI 20051 vidit Detlefsen).*

**8190** dis manibus Meviae Sophes | C. Maenius Cimber coniugi sanctissimae | et conservatrici, desiderio spiritus mei, | quae vixit mecum an. XIIIIX menses III dies XIII, | quod vixi cum ea sine querella, | nam nunc queror apud manes eius et flagito | Ditem, aut et me reddit e coniugi meae, quae | mecum vixit tan (*sic*) concorde (*sic*) ad fatalem diem. | Mevia Sophe, impetra, si quae sunt Manes, ne | tam scelestum discidium experiscar diutius. | Hospes, ita post obitum sit tibe (*sic*) terra levis, ut tu | hic nihil laeseris, aut si quis laeserit, nec superis | comprobetur nec inferi recipient, et sit ei terra gravis.

*Romae (VI 7379 vidit Henzen).*

**8191** post titulo | quoquo vers.<sup>1</sup> p. III<sup>2</sup>. | Dis manibus | sacrum. | L. Valerio infantis<sup>3</sup>, | raptus qui est subito, | quo fato non scitur. | Natus noctis h.<sup>4</sup> VI, | vixit diebus LXXI, | abit noctis ab<sup>5</sup> h. VI. | Quisquis eum laesit, | sic cum suis valeat. | In frontes<sup>6</sup> duo p. ter.<sup>2</sup>, | et in latera duo p. ter.<sup>2</sup>

*Romae (VI 28044 vidit Hirschfeld).* — 1) *Cf. infra N. 8346. 8321 seq.* — 2) *Pedes ternos.* — 3) *Infantis vocabulum cognominis loco positum, quod nondum puero inditum erat.* — 4) *Hora.* — 5) *ab videtur errore repetitum.* — 6) *Cf. N. 8326 cet.*